

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Homiliarium Pauli Diaconi - Cod. Aug. perg. 19**

**Paulus <Diaconus>**

**[S.l.], [9. Jh.]**

Sermo ex commentario beati Hieronimi de eadem lectione

[urn:nbn:de:bsz:31-6704](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6704)

# IN VNG VNV MART

LEC SĪI IŪA SĪC MATHIŪ

**I**n illo tempore dixit ih̄s discipulis suis.  
**N**olite arbitrari quia ueni mittere pacem in terram. Non ueni mittere pacem. sed gladium. Et reliqua.

**S**ERMO EXCOMMENTARIO  
BIATI HIERONIMI DE HA  
D

LECTIONE

**N**OLITE ARBITRARI quia uenerim mittere pacem in terram. non ueni pacem mittere sed gladium.

Supra dixerat

quod dico uobis in tenebris. dicite in lumine. & quod in aure auditis praedicate super tecta. Nunc in festo quid post praedicationem sequatur ad fidem xpi. Totus orbis contra sediuitus est. Vnaqueque domus & infideles habuit & credentes. & propterea bellum missum est bonum. utrum periret pax mala. Tale quid in genesi aduersus rebelles homines qui moti fuerant de oriente. & turrim extruere festinabant per quam caeli alta penetrarent fecisse scribitur dr̄. ut diuideret linguas eorum. Vnde & in psalmo dauid praecatur. Dissipa dñe gentes quae bella uolunt.

Veni enim separare hominem aduersus patrem suum. & filiam eaduersus matrem suam. & nurum aduersus socrum suam. & inimici hominis domestici eius. Hic locus prope eisdem uerbis in micha propheta scribitur. Et notandum ubicumque de ueteri instrumento testimonium ponitur. utrum sensus tantum & sermo consentiat. Quia amat patrem aut matrem plus quam me non est me dignus. Et reliqua.

Qui ante praemiserat non ueni pacem mittere sed gladium. & diuidere homines aduersus patrem & matrem & socrum. ne quis pietatem religioni ante ferret. subiecit dicens. Qui amat patrem aut matrem plus quam me. & in cantico legimus canticorum ordinate in me caritatem.

Hic ordo in omni affectu necessarius est. Ama post dñm patrem. ama matrem. ama filios.

Si autem necessitas uenerit. ut amor parentum ac filiorum. diu amore comparetur. & non possit utrumque seruari. odium in uos est. pietas in dñm est. Non ergo prohibuit amari patrem aut matrem.

Signanter addidit. qui amat patrem aut matrem plus quam me. & qui non accipit crucem suam &

manet

sequitur me non est me dignus. 2

**I**n alio euangelio scribitur. qui non accipit crucem suam cotidie.

**N**e semel putemus ardorem fidei posse sufficere. semper crux portanda est. ut semper nos xpm amare doceamus. Qui recipit uos me recipit. Et qui me recipit. recipit eum qui me misit.

**O**rdo pulcherrimus ad praedicationem mittit. docet & pericula non timenda. affectus subiecit religioni. Aurum supra tulerat aer de zona excusserat. Oritur euangelistarum conditio.

**V**nde ergo sumptus unde uictus necessaria. Austeritatem mandatorum. spe temperat promissorum. Qui recipit inquit uos me recipit. & qui me recipit recipit eum qui me misit. Ut in suscipiendis apostolis. unus quisque credentium xpm se suscipisse arbitraretur. Qui recipit prophetam in nomine prophetae. mercedem prophetae accipit. Et est.

**Q**ui prophetam recipit ut prophetam. & intellegit eum de futuris loquentem. hic mercedem prophetae accipit. Igitur iudei carnaliter intellegentes prophetas. mercedem non accipient prophetarum. Alter.

**I**n omni professione. Zizanium

mixtum est tritico. Praemiserat. qui recipit uos. me recipit.

**E**t qui me recipit. recipit eum qui me misit. Ad susceptionem magistrorum discipulos prouocauerat. poterat occulta esse credentium responso. Ergo & pseudo prophetas & iudam proditorem debemus recipere. & illis alimonia ministrare.

**H**oc dñs ante praecurans non peronas suscipiendas esse. sed nomina & mercedem non perdereipientis. licet indignus fuerit qui susceptus sit. Et qui cum que potum dederit uni ex minimis istis calicem aquae frigidae tantum in nomine discipuli. amen dico uobis non perdet mercedem suam. Legimus in propheta dauid. ad excusandas & excusationes in peccatis. Quod multi peccatorum suorum quasi iustas pretendant occasionem. ut quod uoluntate delinquant. uideantur necessitate peccare. Omnis scrutator cordis & renum. futuris cogitationes in singulis conuertetur. Oixerat. qui recipit uos. me recipit. Sed hoc preceptum multi pseudo prophetas & falsi praedicatores poterant impedire. medicatus est huic scandalo dicens. Qui recipit

iustum in nomine iusti . merce .  
dem iusti accipiet . Rursus  
poterat alius causari & dicere .  
Paupertate prohibeor tenuitas  
me retinet . ut hospitalis esse  
non possim . & hanc & causationem  
leuissimo praecepto diluit .  
ut calicem aquae frigidae to  
to animo portigamus .

Frigidae inquit aquae non cali  
dae . ne & in calida pauper ta  
tis paenuria & lignorum oc  
casio quaereretur . Tale quid  
ut ante iam diximus . ad galatas  
praecipit . Communice & is  
qui catheticatur . ei qui se ca  
theticat in omnibus bonis .

Et discipulos ad magistrorum re  
frigeria cohonestatus . qui pote  
rat quilibet obtendere pauper  
tatem & praeceptum eludere .  
priusquam ille proponat . immi  
nentem soluit questionem dicens .

Nolite errare . dñs non iridetur .  
Quae enim seminauerit homo  
haec & metet . Est est sensus .

Frustra causaris inopiam cum  
alut habeat conscientia .

Ne potes fallere cohonestantem . sed  
scito quod quantum cūq; semi  
naueris . tantum & messurus sis .

**ITEM IN NATALE VNI  
US MARTYRIS  
SIC SCAI SIA SIC MATH.**

**I**n illo tempore . Dixit ih̄s dis  
cipulis suis . Nihil opertum  
quod non reuelabitur . & occultum  
quod non scietur . Est .

**Texti Sermo in Commentario  
Beati Hieronimi de h̄o  
Lectio .**



**N**ihil enim  
opertum est quod  
non reuelabitur .  
& occultum quod  
non scietur .

Et quomodo in  
praesenti saeculo multorum  
uitia nesciuntur . sed de futu  
ro tempore scribitur quando  
iudicabit dñs occulta hominū .  
& inluminabit latebras tene  
brarum . & manifesta faciet  
consilia cordium . Est est sen  
sus . nolite timere persecuto  
rum se uitiam & blasphemian  
tium rabiem . quia ueniet  
dies iudicii . in quo & uestra  
iustus & eorum nequitia de  
monstrabitur . Quod dico  
uobis in tenebris . dicite in lumi  
ne . & quod in aure auditis  
praedicate super tecta .

Quod auditis in ministerio . aper  
tius praedicate . Quod didi  
cistis abscondite . publice lo  
quimini . Quod uos erudiuit  
in paruulo iudaeae loco . in uni